

**Monday 24 June 2013 – Morning**

**A2 GCE CLASSICS: LATIN**

**F364/01 Latin Prose**

**INSERT**

**Duration:** 2 hours



**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not hand in this Insert at the end of the examination. It is not required by the Examiner.

**INFORMATION FOR CANDIDATES**

- This document consists of **8** pages. Any blank pages are indicated.

**INSTRUCTION TO EXAMS OFFICER/INVIGILATOR**

- Do not send this Insert for marking; it should be retained in the centre or recycled. Please contact OCR Copyright should you wish to re-use this document.

## Passage 1

*The Carthaginians capture the Greek city of Tarentum from the Romans by surprise in the middle of the night, with the support of a group of Tarentines opposed to Rome.*

By now there was all the noise and confusion that usually occurs inside a captured city, but no one had any real idea of what was happening.

Tarentini credebant Romanos urbem delere constituisse; Romanis seditio visa est ab oppidanis mota. praefectus<sup>1</sup> primo tumultu excitatus in arcem effugit. et errorem<sup>2</sup> tuba<sup>3</sup> audita ex theatro faciebat; nam Romana erat, a proditoribus<sup>4</sup> Tarentinis ad hoc ipsum praeparata, sed inscience a Graeco inflata incertum efficiebat aut quis aut quibus signum daret. prima luce, Punica arma cognita Romanis omnem dubitationem exemerunt<sup>5</sup> et Graeci, Romanos passim caede stratos<sup>6</sup> conspicati, ab Hannibale captam urbem senserunt.

postquam lux certior erat et Romani qui caedibus superfuerant in arcem fugerant, conticescebat<sup>7</sup> paulatim tumultus. tum Hannibal Tarentinos sine armis convocari iubet. convenerunt omnes praeter illos qui Romanos in arcem cedentes persecuti erant. ibi Hannibal, in dominationem superbam Romanorum invictus<sup>8</sup>, benigne adlocutus est Tarentinos. eos iussit recipere se in domos suas et quemque nomen suum foribus<sup>9</sup> inscribere. nuntiavit se domos eas quae inscriptae non essent diripi<sup>10</sup> iussurum esse; si quis in hospitio<sup>11</sup> civis Romani nomen inscrisisset, eum se pro hoste habiturum esse.

contione<sup>12</sup> dimissa, cum titulis<sup>13</sup> notatae essent fores<sup>9</sup>, signo dato ad diripienda<sup>10</sup> hospitia<sup>11</sup> Romana discursum est; et fuit praedae aliquantum<sup>14</sup>.

5

10

15

Livy XXV 10 (adapted)

### Names

<i>Tarentini, -orum</i> (m. pl.)	the Tarentines, the people of Tarentum (a Greek city in southern Italy)
<i>Punicus, -a, um</i>	Carthaginian
<i>Hannibal, Hannibalis</i> (m)	Hannibal (the Carthaginian leader)

### Words

<sup>1</sup> <i>praefectus, -i</i> (m)	commandant, garrison commander
<sup>2</sup> <i>error, -is</i> (m)	confusion
<sup>3</sup> <i>tuba, -ae</i> (f)	trumpet
<sup>4</sup> <i>proditor, proditoris</i> (m)	betrayer
<sup>5</sup> <i>eximo, -ere, -emi, -emptus</i>	I remove
<sup>6</sup> <i>sterno, -ere, stravi, stratus</i>	I throw down, spread
<sup>7</sup> <i>conticesco, -ere, -ticui</i>	I quieten down
<sup>8</sup> <i>invehor, -i, -vectus sum in</i> (+ acc.)	I attack, criticise
<sup>9</sup> <i>fores, -ium</i> (f)	doors
<sup>10</sup> <i>diripio, -ere, -ui, -reptus</i>	I plunder, loot, ransack
<sup>11</sup> <i>hospitium, -i</i> (n)	lodging-house
<sup>12</sup> <i>contio, -ionis</i> (f)	assembly, meeting
<sup>13</sup> <i>titulus, -i</i> (m)	a notice
<sup>14</sup> <i>aliquantum, -i</i> (n)	a large quantity

## Passage 2

In order not to be killed by Antony, Cicero first made for Tusculum, then Formiae, from which he hoped to leave by sea. There he boarded a ship but when he tried to set sail the wind held him back. Finally, giving up all hope of sailing, he said 'I shall die in the country that I have so often saved.'

As Antony's men approached, he ordered the litter<sup>1</sup> in which he was travelling to be put down and his slaves to suffer calmly whatever fate brought. When by chance he looked out<sup>2</sup>, his head was cut off<sup>3</sup> immediately. Nor was that the end of Antony's cruelty. For he also ordered those hands, which had written so many hostile words against him, to be removed and he had the head put on display between them in the forum.

5

### **Names**

Antony	<i>Antonius, Antonii</i> (m)
Cicero	<i>Cicero, Ciceronis</i> (m)
Tusculum (a town)	<i>Tusculum, -i</i> (n)
Formiae (a town)	<i>Formiae, -arum</i> (f pl)

### **Words**

<sup>1</sup> litter	<i>lectica, -ae</i> (f)
<sup>2</sup> I look out	<i>prospicio, -ere, -spexi, -spectus</i>
<sup>3</sup> I cut off	<i>praecido, -ere, -cidi, -cisus</i>

### Passage 3A

‘ergo adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque Romana capiamus consilium, quo tutelae sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur, alibi quam in civium iudicio esse.

olim quidem non modo praetor aut consul sed privati etiam mittebantur qui provincias viserent et quid de cuiusque obsequio videretur referrent; trepidabantque gentes de aestimatione singulorum: at nunc colimus externos et adulamur, et quo modo ad nutum alicuius grates, ita promptius accusatio decernitur. decernaturque et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa et precibus expressa perinde cohabeatur quam malitia, quam crudelitas. plura saepe peccantur, dum demeremur quam dum offendimus. quaedam immo virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. inde initia magistratum nostrorum meliora ferme et finis inclinat, dum in modum candidatorum suffragia conquerimus: quae si arceantur, aequabilius atque constantius provinciae regentur.’

5

10

Tacitus, *Annals* XV, 20–21

**Passage 3B**

eo in tempore Nero Antii agens non ante in urbem regressus est quam domui eius,  
 qua Palatium et Maecenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. neque tamen  
 sisti potuit quin et Palatium et domus et cuncta circum haurirentur. sed solacium  
 populo exturbato ac profugo campum Martis ac monumenta Agrippae, hortos  
 quin etiam suos patefacit et subitaria aedificia exstruxit quae multitudinem inopem  
 acciperent; subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis pretiumque  
 frumenti minutum usque ad ternos nummos. quae quamquam popularia in  
 inritum cadebant, quia pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum  
 domesticam scaenam et cecинisse Troianum excidium, praesentia mala vetustis  
 cladibus adsimulanten.10

sesto demum die apud imas Esquilias finis incendio factus, prorutis per immensum  
 aedificiis, ut continuae violentiae campus et velut vacuum caelum occurreret.  
 necdum positus metus aut redierat plebi spes: rursum grassatus ignis patulis magis  
 urbis locis; eoque strages hominum minor, delubra deum et porticus amoenitatibus  
 dicatae latius procidere. plusque infamiae id incendium habuit quia praediis Tigellini  
 Aemilianis proruperat videbaturque Nero condenda urbis novae et cognomento  
 suo appellandae gloriam quaerere.15

Tacitus, *Annals XV*, 39–40

### Passage 4A

‘quin igitur expergiscimini? en illa illa quam saepe optastis libertas, praeterea divitiae decus gloria in oculis sita sunt. fortuna omnia ea victoribus praemia posuit. res tempus pericula egestas, belli spolia magnifica magis quam oratio mea vos hortantur. vel imperatore vel milite me utimini; neque animus neque corpus a vobis aberit. haec ipsa, ut spero, vobiscum una consul agam, nisi forte me animus fallit et vos servire magis quam imperare parati estis.’

postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quieta movere magna merces videbatur, tamen postulavere plerique, ut proponeret, quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent, quid ubique opis aut spei haberent.

tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum atque lubido victorum fert. praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumventum; cum eo se consulem initium agundi facturum. ad hoc maledictis increpabat omnes bonos, suorum unum quemquam nominans laudare; admonebat alium egestatis alium cupiditatis suaे, complures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat.

5

10

15

Sallust, *Bellum Catilinae* 20–21

**Passage 4B**

ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentes sumptus stupro corporis toleraverant, post ubi aetas tantum modo quaestui neque luxuria modum fecerat, aes alienum grande conflaverant. per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adiungere sibi vel interficere.

5

sed in eis erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. haec mulier genere atque forma, praeterea viro, liberis satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta, psallere et saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuria sunt. sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneret; lubido sic accensa, ut saepius peteret viros quam peteretur. sed ea saepe antehac fidem prodiderat, creditum abiuraverat, caedis conscientia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. verum ingenium eius haud absurdum: posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto vel molli vel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.

10

15

Sallust, *Bellum Catilinae* 24–25

**Copyright Information**

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website ([www.ocr.org.uk](http://www.ocr.org.uk)) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.